Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aut unus de duodecim
qui dicitur didimus: non
erat cum eis quando venit
ihesus. Dixerunt ergo ei
alii discipuli. Vidimus
dominum. Ille autem dixit eis.
Nisi videro in manibus
eius fixuram clavorum et
mittam digitum meum in lo-
cum clavorum. et mittam
manum meam in latus eius.
non credam. Et post dies
octo iterum erant discipuli
eius intus et thomas
cum eis. Venit ihesus ianu-
is clausis et stetit in me-
dio et dixit. Pax vobis.
Deinde dicit thome. In-
fer digitum tuum huc. et
vide manus meas. et
affer manum tuam et mit-
te in latus meum: et noli
esse incredulus sed fidelis.
Respondit thomas et dixit
ei. Dominus meus et deus meus.
Dicit ei ihesus. Quia vi-
disti me: credidisti. Beati
qui non viderunt et credi-
derunt. Multa quidem et ali-
a signa fecit ihesus in conspec-
tu discipulorum suorum que non
sunt scripta in libro hoc. Hec
autem scripta sunt ut credatis
quia ihesus est christus filius
dei: et ut credentes vitam
habeatis in nomine ipsius.

ffia iiij. l. e. b. p. a. ad hebreos.

Fratres: Obedite prepo-
sitis vestris et subiace-
te eis. ipsi enim pervigilant
quasi rationem pro animabus
vestris reddituri: ut cum gau-
dio hoc faciant et non
gementes. Hoc enim non
expedit vobis. Orate pro
nobis. Confidimus enim
quia bonam conscientiam habemus
in omnibus volentes bene
conversari. Amplius autem
deprecor vos hoc facere:
quo celerius restituar
vobis. Deus autem pacis
qui eduxit de mortuis
pastorem magnum ovium in